Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

V

ad aliquam intencionem ecclesie
per quam communicat unita ecclesie
de quibus valent indulgencie
Hec Rich. et concordant Pe. Tho.
Bon. et Innocen. ex. e. Cum aut.
Sed si papa velit pro eos qui sunt
in purgatorio absolvere saltem
per modum suffragii Numquid
ergo non absolvit eos omnes
solo verbo cum talibus maxime
sit compaciendum Videtur quod
deus per scripturam sit misereri
ut semper velit tunc iusticiam
anteferamus similiter et minister
facere debet Unde dispensacio bo-
norum ecclesie discreta et cum mo-
deramine est facienda et nisi
ita fiat deus non acceptat
et bona spiritualia non possunt
dispensari nec contra dei accep-
tacionem distribui licet bona
temporalia possint non tamen dis-
pensari unde eis deficeret de-
sperari cum quis ius divinum dic-
tet aliter esse faciendum Hec
Bon. Et querit cum eo Tho.
Si quis aut contendat hanc
papa iudiciaria potestatem
super eos qui sunt in purgatorio
non est multum improbe re-
sistendum est. Dum tamen hoc dictet
ratio vel auctoritas manifesta
quando enim loquuntur disputantes
vel eciam predicantes hoc est sana
fide tenendum quod deus contulit
plenitudinem potestatis suo vica-
rio et tanta utique potestatem quanta

-to dari debeat homini puro
et hoc ad edificacionem corporis
sui scilicet ecclesie Unde super hoc non
iudicare sed deo gracias plurimas
agere Hec Bon. De sacramen-
to unctionis extreme

Consequenter considerandum
de sacramento unctionis
extreme Et primo de eius
significacione et unitate 2°
de eius institucione 3° de eius
materia 4to de eius forma
5to de efficacia et necessitate
6° de ministro 7° de eo qui
conferre debet et in qua parte
Octavo de iteracione Circa
primum queruntur plurima scilicet Utrum
extrema unctio sit sacramentum
Videtur quod sic quia pertingit ad
curacionem morbi peccati venialis
per 11 q. 1. Item est
enim effectus principaliter intentus
in administracione sacramentorum Quid
est ibi signum vel quid res.
Videtur quod signum est tamen unctio
exterior res tamen est peccati venia-
lis curacio ut paga dicetur
Res vero est signum et devocio
vel devocionis in dicta excitacio
seu spiritualis alacritas mentis
que est quedam spiritualis unc-
tio Utrum sit unum sacramentum
Videtur quod sic a perfectione communis
finis ut habitum est supra ubi
agitur de sacramentis in genere Quid
fiet si presbiter inungens deficiat
post primam unctionem Videtur autem

198

Sequitur quintum de sacramento unctionis extreme